



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt nullus fratrem condemnet, antequam Deus illum diiudicet. liiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

aire potuerit, vt eum intelligat, videbit se minorem esse totius creaturæ. Cui frater: Et quomodo possum minorem me videre ab eo qui homicida est? Respondit senex: Si potuerit homo ad hunc sermonem Apostoli peruenire, & viderit hominem qui fortè occidit alium, dicit in semetipso: Iste quidem hoc solum peccatū fecit: ego autem omni horum homicidium committo, me ipsum interficiens, & cum frater requireret quomodo hoc possit fieri. Respondit: Hæc sola est hominis iustitia, vt semetipsum reprehendat. Tunc enim iustus est, cum sua peccata condemnat.

*Et nullus fratrem condemnet, antequam Deus illum diiudicet.* Cap. LIII.

Venit aliquando abbas Isaac in cœnobio, & vidit illum fratrem negligentem: & iratus iussit eum expelli de cœnobio. Quum ergo regrederetur ad habitaculum suum, venit angelus domini & stetit ante ostium cellulae eius, dicens: Non te permitto ingredi. At ille rogabat vt eius culpa manifestaretur. Et respondens angelus, dixit: Deus transmissit me, dicens: Vade, dic Isaac: Vbi iubes vt mittamus illum fratrem qui peccauit? At ille mox egit pœnitentiam, dicens: Peccavi domine, indulge mihi. Et dicit ei angelus: Exurge, indulgeat tibi dominus: sed ne iterum hoc facias vt quenquam condemnes, antequam Deus illum diiudicet. Tulerunt homines sibi iudiciū, & non mihi illud dimitunt, dicit dominus. Hoc autem dictum est: quia si contigerit de illis perfectis aliquem, vel in paruo peccare, non mox prodatur.

*Quod iusta obedientia iustis muneribus remuneretur.* Caput LV.

Quidam ex patribus in extasi positus, vidit quatuor ordines ante Deum: & primus quidem ordo erat hominum infirmantium, & gratias agentium Deo. Secundus vero erat eorum qui hospitalitatem sectantur, & in hoc ministrant. Tertius vero illorum qui solitudinē sectantur. Quartus vero illorum qui propter Deum in obedientia subiecti sunt patribus. Erat ergo illis tribus ordinibus hic ordo superior qui obedientiam exhibebat, & habebat torquem aureum, & maiorem gloriam præ ceteris possidebat. Dicit autem senex ei qui sibi hoc in extasi demonstrabat, quia isti alij omnes habent aliquam requiē ad implendas

*Ex dictis  
cuiusdam  
eremite.*

*Ex dictis  
cuiusdam  
eremite.*